



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1707

Q. 119. Quo ordine veniant solvenda, debita, vota, legata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42515

novum Jus Ecclesiæ, quod Professione non extinguitur : Quòd si Cajus mortuus fuisset ante professionem, Monasteriũ etiam teneretur, quia non esset hæres per professionem, sed per mortem Caji, mors autem non extinguit Vota realia. Plura videri possunt apud *Castrop.* T. 15. D. 1. P. 15. & 16.

Q. 119. *Quo ordine veniant solvenda debita, vota,* 479
legata. R. §. 1. Debita Justitiæ prius solvenda sunt, quàm Vota realia, tum quia Deus non acceptat Vota cum præjudicio Juris à tertio quæsitæ; tum quia Vota solvenda sunt ex bonis defuncti, res autem alienum est potius alterius, quàm defuncti; tum denique quia debita Justitiæ extrahuntur ex toto cumulo hæreditatis, non autem vota.

§. 2. Vota solvenda sunt ante legata, quia Vota obligant defunctum, non autem legata, ergo censendum est, quòd sit major obligatio illorum quàm horum.

D U B I U M V.

Quot modis tollatur obligatio Voti.

R. *Resp.* Dupliciter tolli potest, 1. Nullius auctoritate interveniente : idque vel materiæ commutatione; ut si materia antè honesta fiat turpis, indifferens, vel impeditiva majoris boni, ratione novæ circumstantiæ vel prohibitionis; vel si fiat impossibilis, absolutè aut moraliter; vel desitione conditionis, à qua pendeat. 2. Interventu auctoritatis humanæ : idque tripliciter : irritatione, commutatione, vel dispensatione : de quibus sequentibus Dubiis. Est communis. *Sanch. L. 4. c. 24. Lesf. Lib. 2. Cap. 40. Dub. 11. Suar. Fill. T. 26. c. 8. Unde resolves,*

T 3

I. Et si